27
Y-5-76-nº 43
Mss 30, nº 136
Caixa 30, nº 136
Cont

In nomine sancte et individue trinitatis pa-
tris videlicet et filii et spiritus parachliti quorum
indivisa majestas et una deitas per infinita se-
cula seculorum amen. Quoniam ego Alfonsus
dei gratia Portugalie princeps Comitis Enrrici
et Regine Tarasie filius, magni quoque Regis
Alfonsi atque imperatoris Ispaniarum nepos
evagelica documenta atque institutionis prece-
dentium patrum observare desidero, quibus di-
citur Date et dabitur vobis, quia sicut aqua ex
tinguit ignem, ita elemosina extinguit pecca-
tum. Et alibi quod uni ex minimis meis fecis-
tis mihi fecistis, et quecumque seminaverit
homo hec et metet volens jam in celo apud
patrem, quasi sidereas preparare mansiones
ut merear inter electos audire vocem domini-
cam dicentem Venite benedicti patris ~~patris~~ ita
mei percipite regnum a constitutione mundi
vobis paratum. Facio Kartam testamenti in
honore Sancti Salvatoris cenobio ecclesiolano, vo
bis que priori domno Troitesendo, vestris que ca-
nonicis ac vestris successoribus in vita sancta
perseverantibus de hereditate mea et regalengo
meo, quod habeo in villa brito que fuit de

domna Ermesenda et de suo uiro nomine
Atam godeniz pro remedio anime mee et pa-
rentum meorum. Jacet itaque predicta Eredi-
tas territorio Portugalensi sub monte auterelo
discurrentis aquis in fluuium cerzedo. et Rabet
terminum diuidentes cum uilla plana et in-
de cum sancto felice deinde cum spino Rac
deinde usque ad mare Do itaque uobis at-
que concedo quantum in predicta uilla Ra-
beo uel habere debeo et in terra et in mari
per suos terminos et locos antiquos ubicumque
poteritis inuenire quantumcumque uel quicquid
ad eam pertinet. Et contra quod factum me-
um quicumque uenerit ad irrumpendum
tam de propinquis quam de extraneis quan-
tum inuadere uel alienare a uestro jure de
Eis que ad perdictam uillam pertinent pre-
sumpserit tantum uobis in duplo componat
et uobis uel qui uocem uestram pulsauerit
trecentos solidos pariat et insuper sit maledi-
ctus et excommunicatus nec resurgat in die
judicii cum sanctis sed luat penas in in-
ferno cum Juda traditore et cum Simone
mago et cum Datan et Abiron quos terra

BIBLIOTECA NACIONAL

absorbuit. Ab Eodierno itaque die et tempore
sit illa Ereditas de jure meo abrasa et in
uestro dominio tradita atque confirmata. fa-
cta Karta testamenti ~~tertio~~ III.º idus Januarii M.ª C.ª LXX.ª III.
Era ~~millesima centesima septuagesima ter-~~
~~tia~~. Ego Alfonsus henrrici hanc cartam tes-
tamenti uobis priori domno Trotesendo uestris
que canonicis propria manu ~~robor~~ .|. o atque
confirmo. Ego Egeas moniz curie dapifer confir-
mo = Garsia menendiz alferaz confirmo = Sanci-
us muniz confirmo = fernandus petriz = Nunus
suarii confirmo = Pro testibus Petrus testis =
Pelagius testis = Menendus testis = Petrus
Cancellarius notuit = ———

Maço 12 de Foraes antigos N.º 3 f. 46 v.º Col. 4.ª

Mss 30, n.º 136